



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Excipiuntur à defensione Canonis degradati realiter, bigami, coniugati, depositi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

frænis excutiat, tabascat, aut peri-
clitetur &c. Debet vero vis ali-
qua actu iniuriosè mediata vel im-
mediata corpori inferri, aut ratione
rei corpori coniuncta. Hinc illi
quantumvis iniuriosis verbis aut
conumelias Clericis afficiant vim
minitentur aut consentur eam in-
ferre, nisi de facto inferant, non
incurrunt Canonis censuram v g.
si quis proiiceret lapidem vel sa-
gittam in Clericum, et errasset
aut non laesisset in corpore, aut fur-
dolosè (non apertam vim inferen-
do) crumenas subduceret Clerico
dormienti.

II. Excipe à Canonis censura
Clericos beneficio Canonis pri-
uatos. [A] v g realiter degrada-
tos, bigamos, coniugatos (nisi ali-
cui Ecclesiæ deseruiant ex deputa-
tione Episcopi aut habitum ge-
stent) propter incorrigibilitatem
depositos, dummodo digna de-
posi-

depositione criminis præcesserint,
& in ipsa incorrigibilitate excom-
muniicati, & sententia declarato-
ria ab Ecclesia fuerint damnati,
aut post trinam sui Prælati moni-
tionem inconcigibiles reperti.
Præterea qui abieictis habitu &
tonsurâ Clericali turpibus & e-
normibus actionibus se immis-
cent, v. g. arreptis armis seditio-
nem mouent, aliaque delicta con-
tra Kep. pacem cum sauitia &
grauiibus iniuriis exercent, aut per
annum integrum munera Bufo-
nis id est ludionis, Mimi, Parasiti,
Ioculatoris obeunt, aut secun-
dum quosdam Clericos qui in
hæresim formalem & manifestam
sunt lapsi. Præterea qui abieicto
Clericali Habitû negotiis sacerdo-
ribus se immiscent: v. g. qui dese-
rere nolunt Procurationes seu ad-
ministrationes Personarum sacer-
daciūm post trinam inhibitionē à
suo

suo Diœcesano aut Prælato factā,
indignum enim esse, ait *Sayr. Thes.*
lib. 3 Cap. 27 n. 9. vt eis Ecclesia sub-
ueniat, per quos cōstat in Ecclesiā
scandalū generari, aut publicē la-
nionē vel cauponē agentes & ter-
moniti à suo Prælato non dēsistūt,
aut idem officium resumūt post-
quam emandati fuere. Hi omnes
censentur exfortes illius immu-
nitatis, quæ pro Clericorum tu-
tela contra violentas manus lai-
corum, à Canonibus est instituta.
Aliud tamen est priuari Priuile-
gio fori seu Clericali & aliud Ca-
nonis ut, qui hoc priuatur non ta-
men sit priuatus priuilegio Cleri-
cali; at qui priuatur Priuilegio fo-
ri, statim quoque incapax effici-
tur Priuilegio Canonis, v g biga-
mus, de quo vide Conin: d. 14.
dub. 15.

III. Excipe eos qui percutien-
do non peccant lethaliter, sic
pul-